ASTHMATIS SEMIOLOGIA.

DISSERTATIO

INAUGURALIS MEDICA

QUAM

CONSENSU ET AUCTORITATE

GRATIOSI MEDICORUM ORDINIS

IN

ALMA LITTERARUM UNIVERSITATE

FRIDERICA GUILELMA

UT SUMMI

IN MEDICINA ET CHIRURGIA HONORES

RITE SIBI CONCEDANTUR

DIE XI. M. DECEMBRIS A. MDCCCXLIII.

H. L. Q. S.

PUBLICE DEFENDET

AUCTOR

ALEXANDER REUMONT

AQUISGRANENSIS.

OPPONENTIBUS:

BERNHARDO BRAUBACH, med. et chir. Dr.
CAROLO HERTZ, med. et chir. Dr.
CAROLO PIECQ, med. et chir. Dr.

BEROLINI,

TYPIS NIETACKIANIS.

VIRO

ILLUSTRISSIMO, DOCTISSIMO

MAUR. ERN. ADOL. NAUMANN,

MEDICIN. ET CHIRURG. DOCTORI, PROFESSORI PUBL. ORD.
IN LITT. UNIVERSITATE RHENANA, EQUITI ORDINIS AQUILAE
RUBRAE, SOCIETATUM LITTERARIARUM BONNAE, BEROLINI,
LIPSIAE, ERLANGAE, MOGUNTIAE, HEIDELBERGAE, BRUGIS,
GANDAVI, ANTWERPIAE FLORENTIUM SOCIO ETC. ETC.

PRAECEPTORI SUO CARISSIMO

NEC NON

FRATRI

MAXIME VENERANDO, DILECTISSIMO

ALFREDO REUMONT,

ERENISS. BORUSSORUM REGIS LEGAT. IN TUSCIA ET
D SANCTAM SEDEM NUPER ADJUNCTO, EQUITI ORDI-
UM SCTI. GREGORII M. ET SCTI. LUDOVICI, PHILOS.
OCTORI, COMPLURIUM ACADEMIARUM ET SOCIETATUM
OMAE, FLORENTIAE, AUG. TAURINORUM, SINAE JU-
IAE, ARRETII, LUCAE, VOLATERRAE, LIBURNI, PISTO-
IAE, TIFERNI TIB., BURG. SCTI. SEPULCRI, M. VARCHII,
UTETIAE PARISIORUM, ERFORDIAE, LIPSIAE, BONNAE,
FLORENTIUM SOCIO,

HASCE

STUDIORUM PRIMITIAS

PIO GRATOQUE ANIMO

D. D. D.

AUCTO

PRAEFATIO.

Quicunque vel leviter attigit eam rem, de qua dissertationem inauguralem sum scripturus, non ignorabit, qualis quantaque sit opinionum diversitas, quam vel clarissimi medici tollere non pares fuerint. Ac quanquam recentissimis temporibus multi versati sunt in hac materia dijudicanda et ordinanda ac separanda ab iis, quae sunt aliena: tamen tot abundat etiamnunc contradictionibus cum ipsa radice, ut ita dicam, connatis, ut multum absit, ut res absoluta possit existimari. Quas difficultates a summis viris nondum remotas, non possum ego sperare, me hac scriptiuncula mea sublaturum; ego et mihi et aliis satisfactum credo, si utpote experientia carens et doctrina (non autem, ut opinor, studio et voluntate) iis me adjunxerim, qui praestantissima in hac re protulerunt.

Itaque hoc mihi propositum erat, ut eorum scripta quam accuratissime perscrutarer, eaque delibarem et ad meum usum adhiberem, quae cum aliis comparata probabilia viderentur, neque physiologicis legibus essent adversa. Viarum autem, quibus ad asthmatis no-

tionem pervenires, longe praestantissima et brevissima mihi videbatur historica. Namque in tanta opinionum inconstantia fons quoque mihi videtur latere omnis conturbationis, quam inde ex antiquitate magno cum damno disciplinae exstitisse dolemus. Qua ratione apparebit, diversissimas notiones ab antiquis et recentioribus cum uno eodemque verbo esse conjunctas, quare quum sola experientia et observatione duce ad veritatem possimus pervenire, earum ope asthmatis notionem studui definire, rejectis omnibus aliis, quae huc non pertinerent. Ita mihi ad reliquum opus viam munivi.

Non potui hac scriptiuncula disputationem de asthmate integram comprehendere, quapropter eam mihi seleg partem, quae diutissime neglecta jacuit, *asthmatis Semiologiam*, qua optione gravissimam partem me sumsisse credo. Atque etiam hic praestantissimos scriptores sum secutus; quam quidem feci divisionem, haec mea est propria, quae tamen licet sit aptissima et maxime perspicua, multum abest ut mihi placeat, propterea quod ex toto facillime quasi enascebatur. Quodsi autem sejunxi quaedam, quae antea connexa erant, aliaque antea disjuncta, consociavi; non id feci arbitrio meo aut vano ductus innovandi studio, sed quod necessarium judicavi propter leges physiologicas et pathologico-anatomicas. Ubi meo usus sum proprio judicio, venia mihi precanda est lectorum, spero enim nullo id factum esse rei damno, meo autem maximo emolumento. — Scripsi *Bonnae*, mense Sept. MDCCCXLIII.

INTRODUCTIO HISTORICA.

Hippocrates discrimen non facit inter asthma et dys-
noeam; in scriptis Hippocraticis spuriis tamen (Coac.
aenot. Sect. III. Nr. 237 et Epidemior. Lib. Cap. 3.)
nstrictio spasmodica thoracis inter gravissimos spasmos
minata est. Sine dubio hoc nomine id, quod hodie
thma dicitur, designatum est.

Celsus (de medic. L. IV. cap. 4) difficultatem spi-
ndi in tres gradus dividit. Dicit: »Est enim circa
uces malum, quod apud Graecos aliud aliudque nomen
bet, prout se intendit. Omne in difficultate spirandi
nstitit: sed haec dum modica est, neque ex toto stran-
lat δύσπνοια appellatur; cum vehementior est, *ut spi-
re sine sono et anhelatione non possit*, ἆσθμα; cum ac-
ssit id quoque, ne nisi recta cervice spiritus trahatur,
θόπνοια.“

Aretaeus nihil certi de asthmatis diagnosi nobis tra-
dit, quanquam descriptionem accuratissimam de asth-
atis paroxysmo fecit. Jam in asthmate non solum
ulmones, sed etiam omnia pectoris organa peccare no-
m ei est. (De causs. et sign. diuturn. L. I. cap. II).

Galenus quoque non accurate asthma a dyspnoea
scernit. Asthma a medicis pristinis »*Asthma Galeni-*

cum« nominatum, nihil est aliud, nisi paralysis pulm num a *Galeno* arte producta. (Admin. anat. Lib. VIII

Caelius Aurelianus asthma *»passionem stricturae«* v cat; itaque ad spasmos refert. Cognovit, illam passion *periodice accessiones* facere. (Tardar. pass. L. I. cap. 1

Avicenna asthma *affectionem catarrhalem* esse dic simulque contendit, cerebrum et nervos magni momen esse in illud. (Canon. medic. L. III.).

Thomas Willis distinguit *dyspnoeam* et *dyspnoe spasmodicam*, quam quoque *asthma* nominat, sed non c tis finibus comprehendit. Dicit ingeniose, asthma int dum propter *bronchia spasmodice affecta* excitari. Di dit asthma in tres sectiones:

1. *Asthma mere convulsivum*, ubi semper spasm adest.

2. *Asthma mere pneumonicum*, ea pulmonum affect cujus symptoma gravissimum dyspnoea est.

3. *Asthma mixtum*, ex antecedentibus compositum. *(Th. Willisii* Op. omn. Amstelod. 1682. P. I. morb. convuls. Cap. 12.). —

Frid. Hoffmann describit *asthma spasmodico-fla lentum* et *asthma convulsivum*. (Med. ration. syst. T. I p. 268).

Burserius distribuit *respirationem laesam* in *dyspnoe asthma*, *orthopnoeam* et *apnoeam*. Asthma nominat spirationem frequentem cum anhelitu, sibilo et quad pectoris oppressione aut molestia junctam. (Instit. m pract. T. IV. p. 96.).

Floyer in distributione asthmatis Willisium secut est. (Abhandlg. v. d. Engbrüstigkeit, nebst *Ridley's* F

achtungen über diese. Mit Anm. aus d. Engl. übers.
C. F. Scherf. Leipzig 1782.).

Lullier-Winslow de asthmate hanc definitionem facit: »L'asthme est une *affection spasmodique* et *périodique* s organes de la respiration, accompagnée d'une sorte nhélation habituelle plus au moins intenses.« (Dict. s sciences méd. T. II. p. 406).

Omnes fere ex his inde temporibus auctores asthma *rbum chronicum viarum respirationis* esse contendunt *nper periodicum,* qui difficultate spiritum ducendi exlat; utrum autem hic morbus in spasmo, an in alia usa morbosa consistat, non pro certo affirmant, multi im cum dyspnoea confundunt. Sunt quoque qui thma *morbum spasmodicum* appellent, quamvis discren faciunt inter *asthma spasmodicum et non spasmodicum.*

Alii dividunt asthma in *asthma essentiale* s. *idiopacum* et *asthma symptomaticum;* secundum *Laennec* raité de l'auscult. méd. 4 edit. par *Andral.* Par. 1837. 272) asthma essentiale distribuitur in *asthma cum reiratione puerili* (a. nervosum, v. part. II.) et in *asthma asmodicum.*

Maur. Naumann (Handb. d. mediz. Klinik. Berlin 27. 1. Bd. S. 602) designat asthma »*Lungenkrampf*;« visionem facit asthmatis in:

1. *Asthma spasticum siccum.*
2. *Asthma humidum.*
3. *Asthma abdominale.*

Schoenlein (Allgem. u. spez. Path. u. Ther. Nach s. ortr. II. A. Würzb. 1832. 4. Bd. S. 122) asthma inter *uroses* refert, qui cl. medicus asthma *spasmodicum* tanm sumere videtur. Distinguit ab hoc asthmate mere

spasmodico affectiones asthmaticas ex cordis aut pu
monum morbis.

C. Canstatt (Spez. Path. u. Ther. Erlang. 1842. B
3. S. 873) definit asthma *spasmum periodicum* organi r
spiratorii, impedimentum functionum respirationis, cu
sensu pectoris constricti et intentione vehementi coru
organorum, quae respirationi inserviant. Inclinat val
ad opinionem, *asthma nunquam essentiale*, sed *symptoma
cum* esse debere. (V. ejusd. Krkhten. d. höh. Alter
Erlang. 1838. Bd. I. S. 131.). Alias (Spez. Path.
Ther. Bd. III. p. 880) se dubitare dicit, asthmatis sp
cies alio modo distinguere licere, quam morbo esse
tiali, cujus symptoma sit asthma.

Perspicitur ex hac brevi enarratione, quam fac
possem sed nulli usui copiosiorem facere, quanta
de asthmate opinionum varietas. A veteribus videm
non sejungi asthma ab *dyspnoea* et *orthopnoea*; recenti
res quanquam melius asthmatis notionem definierunt,
propemodum unanimiter voluerunt, *esse asthma affect
nem spasmodicam organorum respirationis accessiones j
cientem* (quare maxime a dyspnoea internoscitur), tam
non desunt repugnantia. Hac enim probata definitio
non amplius potest dividi asthma in *spasmodicum* et *n
spasmodicum*, quod a pluribus scriptoribus factum vi
mus. Qua in re si severe, id est constanter agere
limus, aut abjicienda est asthmatis definitio, et om
ea quae respirationem impediunt *dyspnoeae nomine* s
notanda, aut certus quidem morbus bene notis circu
scriptis terminis designandus est *asthmatis cognominatio*

Mihi non proposui inquirere in *pathogeniam acc*

num asthmatis; nolo enim augere hypothesium quae ea jam prolatae sunt numerum.

Nihil rem expedivit *Hoffbauer* (Ueber d. Erkenntn. Kur des Brustkrampfes Erwachsener. Leipz. 1828. 63.) ex virium vitalium temperatura disturbata dedu-s asthma! Nervorum esse morbum creditur ab optimis iptoribus et plurimis rationibus comprobatur; maxime em hoc in morbo affici puto *nervum vagum,* qui pulmoni-s et bronchiis fila suppeditat. Ex quo *Reisseisen* ingeniose ras musculares in bronchiorum systemate indagavit, per-citur, quomodo jure de spasmo possit cogitari. *Naumann* c. 602) spasmum oriri arbitratur ex dominatione, am systema nervorum obtinuit in pulmonum functio-; rebus ita comparatis et aucta et diminuta sangui-circulatio per pulmones asthmatis accessiones exci-e posset.

De asthmatis origine, quae recentissime propositae it, explicationum non negligenda est *doctrina de re-xu,* in qua *Marshall Hall* et *Joannes Mueller* elabora-nt: ex qua elucet, quomodo irritamenta, eademque rva fibris nervorum periphericorum sensitivis ad or-na centralia nervorum prolata, et in his ad fibras torias transeuntia vehementissimas organorum motus tiones provocare possint. Ita jam *Georget* observavit usam symptomatum, in asthmate obviorum in cere-o et in medulla spinali, non in corde et in pulmo-bus esse quaerendam.

Quatenus recte se habeat asthmatis explicatio ex flexu, accuratiori confirmandum est investigatione. od ad *Georgetii* adtinet sententiam, ita forsan est terpretanda, ut illud quidem quod excitet asthma sit

in pulmonibus, in corde etc. situm, quae autem orga
veram asthmatis accessionem sympathetica relatione ci
cerebro et medulla spinali procreent.

Quanquam diu disputarunt viri docti de hac qu
stione, num re vera exstet *asthma idiopathicum-essenti*
tamen nondum rem explicuerunt (*J. Bouillaud*). Ple
que tamen scriptores recentiores in eam inclinant se
tentiam, *non esse*, si severe agas, *asthma idiopathic*
Ac recte quidem; nam accurate perlustratis morbor
asthmaticorum enarrationibus invenimus, semper f
praecessisse alicujus organi morbum; itemque in ca
veribus aliquod organum morbo affectum et mutat
videmus. Possit quidem contendi haec esse ipsissi
asthmatis symptomata morbo asthmatico procreata,
ita etiam non probatum esset asthma fuisse idiopathic
quoniam alius cujusdam morbi potuit esse sympto
sed ita explicando longius vagaremur. Quare sol
experientiam sequamur. Semper fere, ut jam dict
est, alius morbus asthma praecedit; nobis autem
negantibus, interdum cordis morbum, hydrothora
etc. asthmate posse enasci, tamen contra probatum
interdum hos morbos ab initio exstitisse. Ita quan
demonstrari et probari nequeat asthma esse sem
morbum symptomaticum, tamen verisimile id esse v
mus. Nostra aetate optimis auxiliis diagnosticis asth
ut morbus idiopathicus, admodum jam est coërcitum
secundum *Canstatt* (Spez. Path. u. Ther. III. S. 877.) c
cebitur progrediente disciplina in dies magis magis
Ego ita de asthmata disputavi, ut symptoma tan
esse arbitrarer, haud negato omnino asthmate idio
thico, ejusque *semiologiam* spero integram me datur

am confido non esse ingratam aut inutilem multis, od varias indicabit conditiones, quae cum asthmate ijunctae esse possunt. Quodsi in tam ingenti materia ac *rem tantummodo adumbravi, praestantissimis semper itis auctoribus*, veniam spero me impetraturum eorum, i reputaverint, quam angustis finibus dissertatio inaucalis sit inclusa.

Ut melius perspici possint asthmatis varia genera, *partes quinque* divisi, quas *appendix* sequitur.

Pars prima continet asthmata, quae morbi essentia-, qui perspicuus est, symptomata. Huc referenda it absque dubio multa asthmata, quae antea idiopaca habita sunt.

Pars secunda complectitur asthmata ex quibusdam vorum conditionibus perversis (ex Hysteria, Hypoondria etc.) provenientia. Huc pertinet asthma, quod prioribus scriptoribus *asthma spasmodicum nervosum* minatum est.

In *tertia parte* descriptum est asthma symptoma maiae morbosae universalis in organismo versantis; *asthma ab acrimonia* veterum.

Pars quarta comprehendit affectiones asthmaticas, irum origo aut natura adhuc dubia est.

Quinta pars eaque postrema de asthmatibus agit, ie licet ex diversissimis conditionibus proveniant, uno mine comprehenduntur.

In *Appendice* collegi primum conditiones morbo-, quibus asthma intercurrit; tum de iis egi respiranis affectionibus, quae asthma nominantur, at non it.

Singulae cuique parti, ac quantum fieri potuit,

singulo cuique generi synonyma ac nomina antea us-
tata adjeci, ut Lector unamquamque aliam divisione
sequi possit. —

PARS PRIMA.

DE ASTHMATE MORBI ESSENTIALIS SYMPT(O)MATE.

I. De Asthmate, cujus causa in organo resp-ratorio ipso invenitur. (Asthma essentiale A. idiopathicum.)

A. *In trachea et in bronchiis.*

a. Asthma ex congestione tunicae mucosae bronchioru(m) *(Asthma siccum, Catarrhus siccus.)*

Laennec primus nomine *Catarrhi sicci* usus (v. Tra(ité) de l'auscult. médiate. 4. edit. par *Andral.* Paris. p. 5.. qui secundum eum est tumescentia tunicae muco(sae) bronchiorum ex congestione, qua illorum lumina .. partium, aut omnino clauduntur. Eandem sententi.. secutus est *Carolus Williams.* (Pathol. u. Diagnose .. Krkhten der Brust. Aus d. Engl. v. Dr. *H. Velten.* 2. .. Bonn 1838. S. 68.)

b. Asthma ex atonia vasorum tunicae mucosae bronchioru(m) *(Asthma pituitosum, aquosum, chylosum, purulentum, hu-dum. Dyspnoea pituitosa P. Frank. Catarrhus pituitos..*

V. Laennec l. c. p. 48. *Williams* l. c. p. 66.

C. Canstatt (Die spez. Path. u. Ther. 3. Bd. S. 6.. non satis distinguit hoc Asthma ab antecedente. Id.. secundum *Naumann* (Handb. d. med. Klinik. Bd. 1.

04.) post aliquod tempus fere continuum fit, atque inde *Asthma continuum* nominatur. Ipse (l. c. p. 606.) *Asthma v debilitate* quoque huc refert.

c. *Asthma ex Laryngo- et Tracheo-Stenosi.*

Omnia hujus morbi symptomata, quae *Schoenlein* et *anstatt* enumerant, in asthmate congruunt.

V. *C. Canstatt* l. c. p. 537. *Urner*, Diss. de tumobus in cavo laryngis. Bonnae 1833. *Rokitansky*, Path. nat. Wien 1841. 3. Bd. S. 33.

Asthma ex corporibus alienis in trachea et in bronchiis.

Corpora aliena in bronchiis irritamenti instar agunt, spasmum telae muscularis efficere possunt. Quae corpora aut metallica, aut lapidea esse possunt.

Nobis multa exempla exstant arthmatis hoc modo ovocati, cui scriptores nomina diversa secundum mariam irritantem dabant. Exempli gratia:

α. Asthma metallicum.

αα. A. saturninum.

ββ. A. arsenicale.

γγ. A. mercuriale.

β. Asthma ex corpusculis lapideis.

αα. A. pulverulentum.

ββ. A. calculosum.

γγ. A. pannificum.

V. Literat. apud *Naumann* l. c. T. 1. p. 594. —

B. In pulmonibus.

Asthma ex emphysemate pulmonum (Asthma emphysematosum, A. aërum).

Non conveniunt scriptores inter se, utrum emphyna pulmonum asthma, an asthma emphysema efficere ssit. Alii negant, omnino asthma ex emphysemate,

2

uti *Laennec* (l. c. p. 98.) et *Andral* (l. c. p. 98 in adnot.) qui dyspnoeam habitualem in emphysemate esse contendunt. Equidem puto, in medio veritatem esse; absque dubio inter causas occasionales asthma quoque emphysema pulmonum producere potest. (*v. Wilh. Stokes*, Abhandl. über d. Diagn. u. Behandlung d. Brustkrankheiten. Aus d. Engl. v. G. v. d. *Busch*, Bremen 1838. S. 288); quod *Laennec* quoque concedere videtur, quum dica (l. c.): »L'emphysème vésiculaire se développe presque toujours à la suite *des catarrhes secs intenses* et *étendu* (v. Asthma siccum p. 16), et presque tous *les sujets asthmatiques* par cette cause présentent à l'ouverture une dilatation plus ou moins marquée d'un certain nombre d. cellules bronchiques.«

Docet vero experientia, emphysema pulmonum asthma producere posse, veluti in senibus (*Canstatt*, Path. un. Ther. 3. Bd. S. 783.) Dess. Krkhten. d. höh. Alters. Erlangen 1839. 2. Bd. S. 144). Quod experientia proba ratione quoque probari potest; nam aër aut in vesicul pulmonum, aut in tela interlobulari inclusus, tanquam irritamentum in parvulis ramulis bronchiorum agere hoc modo spasmum proficere potest.

b. Asthma ex tuberculis et vomicis pulmonum (?)

Sunt qui Asthma ex his desorganisationibus pulmonum oriri affirment, (uti *Hoffbauer*, über die Erkennt. Kur des Brustkrampfes Erwachsener. Leipz. 1828. 79), sed secundum fere omnium scriptorum testimoniu (si illae non cum aliis morbis complicatae sunt) dyspnoeam quidem, sed non asthma efficiunt.

c. Asthma ex oedemate pulmonum. (V. append.)

Asthma ex congestione pulmonum. (A. sanguineum).
. part. III.

C. *In pleuris.*

a. Asthma ex hydrothorace. (A. hydrothoracicum).

Hydrothorax fere semper est symptoma alius morbi; ique asthma hydrothoracicum symptoma est symptoatis. Asthma ex hydrothorace a nonnullis scriptoris probatum est: *Rivière* et *Piso* impetum asthmaticum cturnum primum hydrothoracis signum nominant; sed n minus asthma symptoma morbi pulmonum, cordis, sorum esse potest. Ceterum *Richter* (spez. Ther. Bd. S. 8.) contendit, asthmatis urinosi canssam (v. part. .) fere semper esse hydrothoracem. Quod asthma *umann* (l. c. T. 1. p. 255.) optime describit.

b. Asthma ex haemothorace (?)

Quaeritur, num hoc existat? Eaedem conditiones ac hydrothorace ad asthma efficiendum adsunt.

c. Asthma ex pleura adnata (?)

Hoffbauer l. c. p. 78. V. Append.

In organis in apparatus respiratorii vicinia sitis.

1. Asthma ex inflammatione glandularum bronchialium.

Schönlein (l. c. 1. Bd. S. 340) describit accessio-n perfectam asthmatis in hac affectione.

Asthma ex hypertrophia glandulae thymus (Asthma thymicum.) V. part. IV.

Asthma ex hypertrophia glandulae Thyreoideae. (Asthma strumosum.) V. part. IV.

II. *De Asthmate, cujus causa in apparatu circulationis invenitur.*

Scriptores inter se dissentiunt, utrum morbus cordis asthma efficere possit, nec ne. Si autem physiologiam cordis et pulmonum perlustras atque respicis, quomodo inter se cohaereat, quomodo in illo organo nihil perturbari possit, quod non in hoc percipiatur: tum affectiones cordis asthma producere posse tibi elucebit. Non licet autem confundere asthma ex morbis cordis cum dyspnoea; haec fere semper adest, asthma autem subito et in paroxysmis oritur.

Kreysig (Krkhten des Herzens. Berlin 1814. 1. Bd. S. 234) discrimen facit inter asthma spasticum (ut dicit) ac dyspnoeam ex corde orientem. Sin accuratius illum sequimur, inveniemus, ipsam hanc dyspnoeam describere eum tanquam morbum spasticum, nam l. c. p. 235 ait:

»Viele haben ausser den Anfällen den leichtesten und freiesten Athem, und man merkt ihnen nicht die geringste Beschwerde des Athems an; allein sie bekommen von Zeit zu Zeit, entweder ohne alle Ursache oder auf kleine Bewegungen oder Anstrengungen sogleich Beklemmung oder Suffocation, die kürzere oder längere Zeit anhält, und von dem Zustande der höchsten Erstickungsgefahr gleichwohl in kurzer Zeit in ein natürliches Athemholen übergeht.«

Et porro l. c. p. 240:

»Anderemale tritt die Krankheit gleich mit einem Akt von wirklicher Erstickung ein und ähnliche folgen dann periodisch.«

Quod *Kreysig* l. c. p. 247 dicit, ei omnino assentio

amque hoc loco affectionem pulmonum in morbis cor-
s quasi sympathicam perhibet:

»Die Hemmung des Athemholens, welche eine reine olge von Herzkrankheiten und unabhängig vom Druck
if die Luftröhre, auf das Zwerchfell, die Rippenmuskeln ler die Lungen selbst ist, haben ihren nächsten Grund dem kranken Herzen selbst und gehen von einer in esem selbst stattfindenden Vitalität aus und hängen von ab, wodurch die an sich *gesunden Lungen* und *ıftröhrenäste sympathisch* afficirt werden, und die Regel-ässigkeit ihrer Thätigkeit consekutiv als Folge der örung der normalen Herzthätigkeit gestört wird.«

Corvisart multis locis (Essai sur les maladies et les sions organiques du coeur et des gros vaisseaux. 3. it. Paris 1818.) plurima asthmatum genera ex morbis rdis et vasorum dependere vult.

Laennec (l. c. p. 400.) asthma aut ex catarrho sicco A. siccum, p. 16.) aut ex affectione nervosa deducens, stinguit asthma pulmonum et asthma cordis.

Hope (Krkhten. des Herzens u. der grossen Gefässe. ıs d. Engl. v. Dr. F. W. *Becker*. Berlin 1833.) ait (l. p. 281) asthma ex morbis cordis a scriptoribus om-10 neglectum esse; porro inter causas asthmatis occa-ınales enumerat morbos cordis quoque; ex quibus hma duplici modo oriri potest: primum si non satis nguinis pulmones perfluit (ex coarctatione ostii arteriae ılmonalis), tum si sanguinis nimia accumulatio in pul-onibus adest (ex hypertrophia ventriculi dextri). Ex ıltis observationibus *Hope* concludit (l. c. p. 287), nul-n causam organicam solam asthma provocare posse, l eam semper *cum constrictione bronchiorum spastica*

junctam esse. Itaque ad perturbandam sanguinis oxy-genationem, id est ad asthmatis conformationem du causae conveniunt. *Hope* asthma ex morbis cordis asthma ex morbis pulmonum non distinguit, quod mi quoque probabile videtur, nam etsi causae aliae sun tamen effectus est idem. *Hope* sub finem (l. c. p. 28 contendit:

»Ihre organischen Ursachen sind allerdings sehr ve-schieden, haben aber am Ende ein und dieselbe Wirkun und diese Wirkung ist es eben, welche das Wesen d Krankheit bestimmt. Sie besteht in einer ungehörig Oxygenation des Blutes, wodurch die Empfindung d Mangels an Luft entsteht, welches wiederum, wenn me als eigentliche Dyspnoe vorhanden ist, eine krampfha Zusammenschnürung der Luftröhre und in Folge dess Asthma veranlasst.« —

Postremum non possum quin proferam, asth ipsum saepissime morbos cordis efficere posse; ut cognoscitur, quod asthma antecedit, igitur ex alio qu dam morbo ortum ducat necesse est.

Jam restat, ut de iis morbis apparatus circulatio breviter disseram, ex quibus asthma oriri potest. Auc res mihi sunt: *Baillou*, *Kreysig*, *Corvisart*, *Laennec*, *I stan*, *J. Bouillaud*, *Andral*, *Hope*, alii.

a. *Asthma ex hypertrophia ventriculorum.*

b. *Asthma ex hypertrophia ventriculorum cum d tatione.*

c. *Asthma ex hypertrophia ventriculi sinistri c coarctatione valvulae aortae.*

d. *Asthma ex hypertrophia ventriculi sinistri cum sificatione valvulae aortae.*

e. *Asthma ex atrophia cordis cum ossificatione venarum coronariarum.*

f. *Asthma ex dilatatione cordis universalis cum coarctatione valvulae mitralis et mollitie cordis.*

g. *Asthma ex ossificatione arteriarum et venarum coronariarum (?).*

h. *Asthma ex pericarditide chronica.*

i. *Asthma ex hydropericarditide.*

k. *Asthma ex aneurysmatis aortae, arteriae innominatae.*

l. *Asthma ex stenosi et ossificatione aortae.*

m. *Asthma ex dilatatione venae cavae (?) (Hufelands Journal Bd.* 5 *S.* 820).

n. *Asthma ex Cyanosi.*

Ex variis cordis vitiis oriri potest Cyanosis, quare asthma in Cyanosi saepe occurrit; utrum vero ex Cyanosi ipsa, i. e. ex dysaemia provocetur, an potius dyspnoea, quaeritur.

Fr. Nasse in *Reils* Archiv. 10. Bd. 2. St.

III. De asthmate, cujus causa in cerebro et in medulla spinali sita est.

Pauca nobis sunt adhuc apud auctores exempla, quae morbos cerebri et medullae spinalis procreare asthma demonstrent. Dolendum est, Cel. *Abercrombie* respirationis affectiones in cerebri morbis solita cum diligentia non exposuisse; quanquam, qui harum rerum cognitionem aliquam assecuti sunt, quanti momenti cerebrum et medulla spinalis in organa respirationis sint, sciant. Id vero concedendum est, morbos cerebri et medullae spinalis, quamvis praecl. viri magnam curam ac assiduitatem ad exponendos eos adhibuerint, non illum tamen

quem pathogenia aliorum morborum, gradum assecutos esse. Sed ex illo, quod jam diligentia ac perseverantia virorum ingeniosorum factum spem optimam de tempore futuro concipere licitum nobis est. Tum absque dubio videbimus multa, de quorum causa jam aut nihil omnino scimus, aut saltem dubitamus, asthmata ex cerebro et medulla spinali esse deducenda (Comp. Asthma thymicum.)

Jam *Willis* (l. c. Cap. XII. p. 93) in prima observatione morbum describit, quem »*capitis gravitas et dolor cum insigni vertigine et lipothymiae metu* antecedit, quemque *asthma horrendum* secutum est.« — In observatione secunda simile quid enarratum est.

Morgagni (Epist. anatom. XV. nr. 6—9) casum enarrat, qui illi multum adpropinquat, in pulmonibus nihil contra normam, at *in vasis cerebri turgescentia* et in *cerebello mollities* inventa est.

Floyer (l. c. p. 150) *vertiginem* aut *apoplexiam* (qualem ?) saepius in senibus asthma secutum esse narrat.

Fr. Nasse (Ueber Geschwülste im Gehirn; Anhang zu *Abercrombie's* Krankhten des Gehirns. Aus d. Engl. v. *de Blois*. Bonn 1821. S. 89.) *Rosenmülleri* observationem nobiscum communicat aegroti in accessione asthmatica mortui; sectione facta inventus est *tumor cerebri*.

H. Evans (v. *Marshall Hall*, on the Diseases and Derangements of the nervous system. London 1841) casum retulit, ubi asthma exortum est, ex pressu *spinae bifidae*.

Restat, ut breviter disseram de commutationibus cerebri et medullae spinalis asthmaticorum, ab *Lefèvre* (Rech. méd. sur la nat. et le trait. de la maladie con-

ue sur le nom d'asthme. Paris 1835 p. 120) et aliis ommemoratis.

In cerebro.

1. Coloris mutatio et consistentiae prope originem ervi vagi. (*Bérard, Jolly.*)

2. Serum exsudatum in cerebro (ubi?) (*Willis.*)

3. Coloris et texturae cerebri mutatio. (*Georget*).

4. Accumulatio sanguinis in cerebro et mollities cebri. (*Keitel.*)

In medulla spinali.

1. Induratio, mollities (*Ollivier, Marshall Hall*).

2. Serum exsudatum in canali medullae spinalis; ijectio capillaris involucrorum medullae. (*Keitel, Elesser*).

3. Degeneratio vertebrarum cervicalium. (*Parry*).

Comp. Asthma laryngeum.

IV. *De asthmate ex degeneratione Nervorum orto.*

Quae auctores de Nervorum morbis asthma produentibus nobis tradiderunt, rara sunt eaque dubiosa. tenim nihil his de rebus scimus, nisi quod conclusum t ex sectionibus asthmaticorum; pro certo tamen affirari non potest, exortum esse asthma ex illis, quae in ıdaveribus inventae sunt, commutationibus, quoniam ra asthmatis causa facillime fugere illos potuisse elut. Quae licet incerta scriptores referunt, haec sunt:

1. Tumor, degeneratio cancrosa nervorum phrenirum (*Andral, Bérard*).

2. Ossificatio plexus pulmonalis (*Ferrus*).

3. Degeneratio melanotica nervi phrenici et plexus ılmonalis (*Schoenlein*).

4. Crassities cartilaginea neurilematis plexus pulmonalis *(Schoenlein)*.

5. Induratio nervi phrenici *(Caspari)*.

Asthma cum respiratione puerili Laennecii ex hyperaesthesia nervi vagi oriri, ut *Canstatt* (Spec. Path. u. Ther. 3. Bd. S. 888) opinatur, sententia est, quae argumenti probari non potest.

V. *De asthmate, cujus causa in morbis abdominis.*

(Asthma abdominale).

Satis notum esse opinor connexum intimum organorum abdominalium cum omnibus aliis organis, praesertim cum iis respirationis et circulationis, nam perturbari illa non possunt, nisi his perturbationem subito participantibus.

Asthma est saepissime sequela perturbationum organorum abdominalium (num id fortasse a nervo vago pendeat, qui ad utriusque systematis organa ramos dimittit, verisimile quidem est, sed probare non licet). —

Jam cl. *van Helmont* (Tract. de asthmate et tussi §. 28.): »Asthmatis, inquit, humoralis radix est in primis viis).« Caveas autem, ne causas occasionales asthmatis in abdomine sitas cum causa primaria confundas, quae est in alio organo quaerenda.

Asthma a cl. *Naumann* (l. c. I. p. 607) *abdominale* nominatum ex parte modo huc opinor referendum esse.

a. Asthma ex repletione ventriculi cum materiis crudis aut cum aëre. Asthma saburrale, a. flatulentum).

De hoc asthmate agitur apud *Piorry*, Diagnostic §. 1634.

b. *Asthma ex hypertrophia hepatis* (A. hepaticum). (?)

De hoc quoque asthmate ex hepatis hypertrophia oriundo disserit *Piorry*. Diagnost. §. 1850.

Dr. *Kalt*, medicus Bonnensis, se observasse narrat, in casu quodam accessionem ex omnibus signis asthmaticam secutam esse hypertrophiam hepatis.

Jam venio ad tria asthmatis genera:

1. *Asthma urinosum*,
2. *Asthma arthriticum*,
3. *Asthma plethoricum*,

quae quidem a multis auctoribus (v. *Naumann*, l. c. I, 607.) inter asthmata sic dicta abdominalia numerantur, at re vera, ut infra explicabimus, minime huc pertinent. V. part. III.

PARS SECUNDA.

DE ASTHMATE EX QUIBUSDAM NERVORUM CONDITIONIBUS PERVERSIS. (ASTHMA SPASTICUM-NERVOSUM-EXACTE PERIODICUM).

Complectitur haec pars omnia ea asthmatis genera, quae ab auctoribus *a. spastica*, *nervosa* etc. nominantur. Ego autem contendo, ut alio jam loco professus sum, unumquodque asthma esse spasmodicum; quod etenim sine spasmo occurrit asthma, non asthma est, sed dyspnoea aut orthopnoea. Describam igitur hac in parte eas affectiones asthmaticas, quae non ex organi cujusdam singuli, sed ex universali nervorum morbo nascuntur, ita ut reflexus sint hujus morbi.

a. *Asthma in Hysteria.* (*Asthma hystericum*, *A. cum respiratione puerili Laennec*, *Pneumathia hysterica. Hysteria pulmonalis*).

Laennec (l. c. p. 273.): »La dyspnée, ait, qui a lieu *dans plusieurs espéces d'affections nerveuses*, et en particulier dans *les attaques d'hystérie*, a souvent le caractère dont nous parlons, c'est à dire, celui de *l'asthme avec respiration puérile*«.

Hanc respirationis affectionem, ex hysteria ortam, spasmum organi respiratorii esse multi scriptores existimant. Est neurosis non magis explicata quam hyste-

Naumann (l. c. Bd. VIII. Abthlg. 2. S. 253.) accessionem incipere, dicit, cum sensu constrictionis pulmonum, qui ad spiritum ducendum non amplius apti videantur; tussin breviter interruptam adesse, interdum alternantem cum spiritu profundo et fere vociferante, nonnunquam tussis paroxysmum similem esse paroxysmo tussis convulsivae.

Schoenlein (l. c. IV. p. 146.) rejicit nomen asthmatis, quia accessiones non ita ut in asthmate adpareant. Quid *Schoenlein* ad hanc opinionem adduxerit, nescio equidem.

Fr. Nasse quoque in praelectionibus suis asthma hystericum describit.

In cadaveribus nihil morbosi invenitur. Cf. *Canstatt*, spez. Path. u. Ther. Bd. III. S. 415. *Fr. Ant. Balling*, die Geschlechtskrkhten. d. Weibes. 2. Thl. S. 430.

b. *Asthma in Hypochondria.* (*Asthma hypochondriacum*).

Magna hujus asthmatis cum antecedente est similitudo.

Cf. *E. Wolf*, Diss. de asthm. hypoch. Argent. 1754.

c. *Asthma idiosyncrasicum.*

Hoc asthma simillimum antecedentibus est; oritur x odore Ipecacuanhae, Rosarum etc. Ille morbus, ui a *Rostok*, *Elliotson* (Vorlesungen S. 523.) et aliis *'atarrhus aestivus* (Heuasthma) nominatur, huc pertinet.

d. *Asthma convulsivum.* (*Asthma spasticum*).

Hoc verum asthma spasmodicum ab auctoribus re-rtur (*Laennec* l. c. p. 273. *Williams* l. c. p. 72). Mul-s in rebus maxime adpropinquat asthmati antecedenti, uum ortum ducat ex sola constitutione nervosa. Saepe ı morbos cordis (dilatationem ventriculi dextri) et in ydrothoracem transit (*Schoenlein* l. c. IV. p. 131).

Asthma spasticum stricte sic dictum ab *Hoffbauer* uoque (l. c.) describitur, sed tacendum non est, multas fectiones respirationis asthma illum nominari, quae yspnoea tantum, aut orthopnoea sunt.

e. *Asthma neonatorum.*

Inter omnia organismi infantilis systemata nervosum it, quod maxime periclitatur; satis autem divulgata it lex, secundum quam, si in omnes quoque partes ɔnoxia agunt, eas tamen facillime adduci ad morbum, uae infirmissimae sunt. Jam vero infantis neonati or-ınon sine dubio maxime invalidum est respirationis. irari igitur non licet, idem organon praesertim affici. pasmus, i. e. asthma, oritur ex nimia irritatione. uod supra exposuimus de infantis systemate nervorum ɔrmali, id majori jure contendi potest de illis, quo-ım jam antea nervi non ita, ut solent, erant comparati. eterum pro hac rerum expositione semper pugnat,

quod symptomata nervosa universalia antecedunt hujus asthmatis accessiones.

Wigand, Hamburg. Magaz. Bd. 1. Hft. 1.

Goelis, Krkhten. d. kindl. Alters. 3. Bd. S. 167 — 69.

PARS TERTIA.

DE ASTHMATE MATERIAE MORBOSAE UNIVERSALIS IN ORGANISMO SYMPTOMATE.

(*Asthma ab acrimonia*).

In his asthmatis affectionibus explicandis nihil aptius mihi videtur, quam *Canstattii* verbis (Krkhten. d. höh. Alt. Bd. 2. S. 137.) praefamine uti:

»Die erste Reihe begreift jene pathischen Reizungen des Lungenorgans, welche durch die Ablagerung einer dyskrasischen Materie in sein Gewebe veranlasst werden. Oft findet die pathische Neigung so statt, dass sie nicht bis zur Bildung einer Desorganisation gelangt und dass es der organischen Reaktion gelingt, die pathologischen Stoffe auf dem Wege der Sekretion zu entfernen; diese Reaktion kann nun bald als einfache Blennorrhöe auftreten, bald aber auch in einen asthmatischen Anfall ausarten. Oft gelingt es der Natur, den pathischen Stoff ohne Residuen zu entfernen, oft aber bleibt eine Gewebsentartung zurück. Auf diese Art ruft die Versetzung arthritischer, hämorrhoidaler, gonorrhoischer Materie, der Harnschärfe, der Schärfe von unterdrückten gewohnten Schweissen asth-

atische Paroxysmen hervor, deren ätiologische Dia-
nose von der höchsten Wichtigkeit für die Wahl der
ehandlung ist.

Cf. *Hoffbauer* l. c. p. 118.

a. *Asthma urinosum.*

Canstatt (Krkhten. d. höh. Alt. Bd. II. S. 141).

Variant accessiones cum prurigine, epinyctide, cum
lancta excretione ulcerum pedis (Salzflüsse), cum con-
nctivitide urodialytica. *Schoenlein* (l. c. IV. p. 138)
cit, eruptioni morbi praegredi symptomata urodialy-
os, quae tamen, affectione hic describenda nondum ex-
ılta, non ita sint vehementia aut etiam omnino dispa-
ant; praesertim ulcera pedum sanari, aut exsiccari
iidem. Quo facto asthma apparere.

Evanescunt symptomata urodialyseos secundum
hoenlein antecedente refrigeratione, qua affectio cutis
l pulmones transeat.

Cf. *Naumann* l. c. I. p. 607.

b. *Asthma psoricum* (Asthma scabiosum).

Schoenlein (l. c. IV. p. 133) a *scabie suppressa* dedu-
t hoc asthma, quod in phthisin pulmonum transire
osse contendit.

Medicus (Geschichte periodischer Krkhten. Bd. 1.
110) casum retulit accessionis asthmatis vehementis-
mae, scabiem suppressam subito sequentis. Alii ca-
s narrati inveniuntur a *C. Vogel* (*Rust's* Magaz. Bd.
XVI. Hft. 2. S. 350) et in *Hufeland's* Journ. Bd. XIII.
ft. 2. S. 124. Bd. XV. Hft. 2. S. 53.

Asthma arthriticum. (Asthma podagricum, Catarrhus
suffocativus).

Arthritis normalis aut anomala hoc asthma antece-

dit, sed loco accessionis podagrae asthmatis accessio apparet. Non confundendum est hoc asthma cum asthmate, quod ex morbis cordis, ab arthritide provocatis exoritur.

Oriuntur symptomata, quae indicare solent podagrae paroxysmum: sensus pressionis in praecordiis, ructus acidi, praeterea lotium podagricum, neque tamen apparet accessio, sed expergiscuntur subito aegroti tempore, quo paroxysmus ille exoriri solet, cum sensu vehementissimae pectoris oppressionis (*Schoenlein* l. c. IV p. 135).

Et aegrotorum constitutio, quae plurimum est *plethorico-venosa*, et actio tunicae mucosae bronchiorum in irritamentum arthriticum, proprium aliquid tribunn asthmatis accessioni, quod eo praesertim consistit effectu, ut sanguis venosus sistatur in organis circulationis ac bronchia subito repleantur muco (*Canstatt*, Krkh d. höh. Alt. Bd. II, S. 142).

Conf. *Richter*, spez. Therapie. Bd. 5. S. 8.

d. Asthma gonorrhoicum, *Asthma venereum* (?)

Asthma quod gonorrhoeam suppressam sequi dicitur. Cf. *Canstatt* (Krkhten. d. höh. Alters. II, S. 143)

Huc referendum est quoque *asthma ex fluore albo* suppresso. Cf. *P. Frank* Epist. T. VI. P. II. p. 178

e. Asthma ex suppressione sudorum pedum (?)

Hufeland's Journ. Bd. XIX. St. 3. S. 45. *Hoffbauer* l. c. p. 118.

f. Asthma ex suppressione febris intermittentis. (?)

Nebel asthma gravissimum febris quartanae instar periodice recurrens cortice peruviano curatum refert in Act. N. C. Vol. VIII. nr. 408.

N. Act. N. C. T. III. p. 242.

Schenk (L. II. observ. 58) similes casus observavit.

g. *Asthma ex pulmonum plethora.*

(Asthma sanguineum, Asthma plethoricum, plethora ctoris).

Exstat ex suppressione mensium, haemorrhoidum, istaxeos; oritur enim hac suppressione plethora pul-nnum.

P. Frank, Epit. T. VI. P. IV. *Schmalz*, Diagno-k. XIX. 3. B. *Berend's* Vorlesungen. Bd. 1. S. 227. *feland's* Journ. Bd. XIV. St. 1. S. 189.

PARS QUARTA.

IIS ASTHMATIS GENERIBUS, QUORUM ORIGO AC NATURA ADHUC INCERTA EST.

Enumerabo hac in parte eas affectiones asthmaticas, quibus inter scriptores adhuc lis est. Auctoritate ue experientia carens meam sententiam in ordinandis sequi non ausus sum, quare promiscue hac in parte descripsi.

a. *Asthma Millari acutum.*

V. literat. apud *Canstatt*, spez. Path. u. Ther. Bd. S. 541.

Jam *Underwood* et *Albers* (de tracheitide infant. p. 49.) arunt asthma Millari; *Albers* hoc asthma nihil esse *anginam membranaceam* contendit. Neque *Jos. Frank* ax. med. P. II. V. II. Sect. I. p. 770.) et *Jörg*

(Kinderkrankheiten §. 699.) illam affectionem asthma esse censent. *Autenrieth* (Versuche Bd. 1. Hft. 1. S. 108.) comprobat *Albersii* opinionem, idemque asthma Millari anginam membr. esse declarat. *Stiebel* (*Rust*'s Magaz. XXI. 1826. Hft. 1. S. 54.), non ille quidem sectionibus fultus, originem asthmatis Millari ex corporibus quadrigeminis et ex medulla oblongata ducit, quibus in organis, secundum *Flourens*, causa sita est motus in respiratione.

Omnino rejiciendum videtur, asthma Millari *carditidem polyposam* esse, ut *Pucheltii* opinio fert (Venensystem. S. 110.); putat enim ex complicatione carditidis et tracheitidis anginam membranaceam spasticam oriri, carditidem polyposam autem asthmatis Millari insta decurrere.

Schoenlein (l. c. IV. p. 125.) asthma Millari verum asthma secundum experientiam suam esse contendit, scriptores negantes id vituperat; illud mere nervosum saepissime constitutione morbosa nervosa apparere dicit.

Canstatt (Spez. Path. u. Ther. III. 541.) a. Millari fere semper aut *anginam membr. spasmodicam*, aut *asthma Koppii* (sive a. thymicum), itaque speciem *asthmatis laryngei infantilis* esse affirmat.

Si descriptionem, quam *Millar* (*J. Millar*, Bemerkungen über die Engbrüstigkt. u. d. Hühnerweh. Aus dem Engl. v. *K. Ch. Krause*. Leipz. 1769) de hoc asthmate fecit, accuratius aliquanto reputamus, negare non possumus, illi magnam esse similitudinem cum asthmatis accessione. Licet tamen dubitare id adesse purum

ıc verisimile est quodlibet, quod maxime ad similitu-
linem accessionis illius cum angina membr. faciat. Itaque
censeo asthma Millari semper inter eas affectiones, quae
ısthma nominantur, referendum esse, non minus tamen
persuasum habeo, idem saepius cum angina membr. esse
complicatum.

b. *Asthma ex hypertrophia glandulae thymus.* (Asthma
hymicum *Koppii*, A. infantile, A. intermittens infantum,
A. dentientium, A. periodicum acutum, Spasmus glotti-
is, Laryngismus stridulus).

Literat. v. apud *Canstatt* (spez. Path. und Ther.
Bd. III. S. 540) et apud *Stokes* (l. c. p. 466).

Magna quae inter auctores de natura non solum
ed de existentia quoque hujus asthmatis exstat lis
ondum composita est. *Kopp* (Denkwürdigkten. aus
. ärztl. Praxis. Frkf. a. M. 1830. I. Bd.) primus hoc
sthma, jam antea quidem observatum (exempli gratia
Clarke: Commentaries on diseases of Children. Ch.
V. ab *John Nouth* — *Froriep's* Notizen Bd. XI. No. 8.
121.) ex hypertrophia glandulae thymus deduxit.
sententia *Koppii* de hujus asthmatis origine non expli-
at, quomodo glandula hypertrophica nervum vagum
praesertim tracheam premens producere possit respi-
rationem periodice impeditam. Restat praeterea quae-
io solvenda, cur idem non observetur in struma valde
voluta. Saepius etiam glandula thymus hypertrophica
bservatur, licet asthma non adsit; nec minus obvium
t asthma glandula thymus non praeter normam ex-
nsa.

Et *Schoenlein* (l. c. IV. p. 128.), quamvis se ipsum
unquam hoc asthma vidisse testetur, illud admittit.

Andral (in adnotationibus ad *Laennec*, l. c. p. 273.) rem incertam relinquit; refert scilicet: »Je ne crois pas, du reste, qu'il faille accepter, sans prendre ses réserves, les travaux des Allemands sur ce qu'ils appellent *l'asthme thymique*; ces travaux ont besoin d'être vérifiés par de nouvelles recherches.«

Rokitansky (Handb. der spez. pathol. Anatomie. Wien 1842. Bd. 2. S. 149.) non decernit, utrum hoc asthma ex pressu glandulae in organa respirationis proveniat, an omnino cum glandula thymus non cohaereat.

Canstatt (spez. Path. u. Ther. Bd. III. S. 540.) hoc asthma et asthma Millari ad *a. laryngeum* refert. Probat idem hyertrophiam glandulae thymus in hoc asthmate saepe deesse. *Stokes* (l. c. p. 471.) in *Canstattii* sententiam discedere videtur.

Non possum non commorari in opinione Dr. *Elsaesser* (Der weiche Hinterkopf. Stuttg. u. Tübingen. 1843 S. 169.), qui quidem probare studet, asthma thymicum dictum oriri ex mollitie ossis occipitis, quae *Craniotabes* dicitur, quaque cerebrum impressionibus externis exponitur. Accessiones, quas describit sub nomine *tetanico apnoicarum* omnino similes apparent iis, quae a scriptoribus in asthmate thymico depinguntur. Idem refert multis in casibus asthmatis thymici adfuisse deformitatem ossis occipitis; quae craniotabes secundum eum a constitutione rhachitica universali pendet. Multum vero abest, ut *Elsaesser* has accessiones semper craniotab produci velit; id solum studet demonstrare, illas e craniotabe provenire posse atque ambas conditione

saepissime esse junctas, quae conjunctio, ut ex rebus accessoriis a scriptoribus traditis elucet, verisimiliter creberrima sit. Opusculum Dris. *Elsaesser* maxime dignum est, quod animos medicorum in se adtentat, quum in eo descripta sit conditio morbosa, quae adhuc fere omnino neglecta, ad explicandos plurimos morbos aetatis infantilis gravissima est. Huc certe referendum est asthma thymicum. Etiam aliorum medicorum observationes in eo conveniunt, ut principium asthmatis thymici in nervorum centris quaerendum sit. Ita *Corrigan* (Cf. Repertor. d. neuen medic. chirurg. Literatur d. Auslandes v. *Behrend.* 1836. No. 12. p. 205.) hunc morbum ex irritatione partis cervicalis medullae spinalis deducit, quae saepius contusione quadam vel mala tractatione corporis infantilis tenerrimi, musculis parum defensi, efficiatur.

Asthma ex hypertrophia glandulae thyreoideae (Asthma thyreoideum, a. strumosum).

Rokitansky (l. c. III. 149.) de hypertrophia glandulae thyreoideae exempla exhibet, in quibus haec glandula oesophagum circuli instar circumdedit, simulque isthmus glandulae assecutus est magnitudinem lobuli medii, in cavum thoracis juxta tracheam, post sternum, descendentis. Licet dubitare, quin haec glandula thyreoidea hypertrophica asthma aut potius dyspnoeam faciat? Sed quo modo hypertrophia glandulae thyreoideae asthma facere potest. Sunt exempla, ubi respiratione per strumam impedita et coarctatione thoracis circulatio sanguinis per pulmones perturbata est; repugnatio arteriarum contra sanguinem corde propulsatum major fit,

ac inde sequitur cordis ventriculos hypertrophicos dilatatosque fieri. (*Lullier-Winslow*, Journ. général de Médecine. 1816, T. LVII. p. 414.). Ita modo asthma ex hypertrophia cordis cum dilatatione oriri potest.

d. *Asthma ex scarlatina.* (Asthma unius lateris). (?)

V. observationem *Stiebelii* (*Rust's* Magaz. Bd. 24. Hft. 1.)

Vater, casus singul. asthmatis ex febre purpurata Wittenberg 1730.

PARS QUINTA.

DE ASTHMATE, QUOD EX DIVERSIS CONDITIONIBUS PROVENIRE POTEST, SED UNO NOMINE COMPREHENDITUR.

a. *Asthma laryngeum.* (Laryngismus stridulus *Hugh Ley.*)

Hugh Ley, on essay on the Laryngismus stridulus London 1836. *Canstatt*, spez. Path. u. Ther. III. 543.

Hoc asthma oriri posse contenditur:

1. Ex tumore aut degeneratione glandularum, quae nervum recurrentem premunt (*Hugh Ley*).

2. Ex hyperaemia, mollitie cerebri aut hydrocephalo.

3. Ex tuberculis, cavis pulmonum, ex tumore glandularum bronchialium, quae nervum vagum premunt.

4. Ex dilatatione cordis, foramine ovali patente.

5. Ex hypertrophia glandulae thymus.

6. Ex craniotabe (*Elsässer.*)

b. Asthma senile.

Fere omnes in tertia parte consideratae affectiones sthmaticae huc pertinent, simulque multi cordis morbi. ed aliae quoque caussae hujus asthmatis sunt et quiem secundum *Schoenlein* (l. c. p. 140.):

1. Degeneratio melanotica nervi phrenici aut plexus ulmonalis.

2. Crassities cartilaginea neurilematis plexus pulionalis.

3. Ossificatio aortae cum dilatatione ejus luminis.

4. Ossificatio arteriarum pulmonalium.

5. Ossificatio arteriarum coronariarum.

Schönlein dividit asthma senile in duas species:

a. Asthma senile siccum, in quo secretio tunicae muosae est suppressa.

b. Asthma senile humidum, ubi secretio adaucta est. Cf. *Canstatt*, Krkhten. d. höh. Alters. 2. Bd. S. 143.

APPENDIX.

I. DE IIS CONDITIONIBUS MORBOSIS, QUIBUS ASTHMA SYMPTOMA INTERCURRIT.

a. Asthma in angina membranacea.

Angina membranacea non solum in larynge et in trachea, verum etiam in bronchiis sedem habet. Angina membranacea autem nihil aliud est, nisi inflammatio cum spasmo.

b. Asthma in eclampsia infantum.

c. Asthma in eclampsia parturientium.

Ex spasmo nervi pneumogastrici. *Balling*, l. c. p. 474.

II. DE IIS RESPIRATIONIS AFFECTIONIBUS, QUAE QUIDEM ASTHMA VOCANTUR, AT NON SUNT.

a. Asthma paralyticum infantum idem ac *bronchitis acuta infantilis.*

Canstatt, spez. Path. und Ther. III. 643.

b. Asthma nocturnum idem ac *incubo.*

Quamvis pectus quasi pondere magno oneretur, tamen in incubone facile respiratur.

c. Asthma cardiacum idem ac *Neurosis cardiaca, Spasmus cordis.*

Naumann optime de hoc morbo refert. (Klin. Handb. Bd. II. S. 179.)

d. Asthma ex oedemate pulmonum (a. oedematosum).

Oedema pulmonum, symptoma multorum morborum inprimis cordis, non asthma, sed dyspnoeam et ortho-

…oeam perficere potest; at morbus cordis aut pulmo-…m etc. id efficit, itaque hic respiciendus et asthmatis …usa accusandus.

Asthma syncopticum. (A. dolorificum *Darwin*, A. spa-…cum inconstans *Stöller*) idem ac *Angina pectoris*.

Maximum discrimen inter anginam pectoris et asthma …t, quod in illa nullum respirationis impedimentum …stat. Sensus suffocationis decipiens est et ex mortis …xietate oritur.

f. Asthma ex spasmo nervorum respirationis externorum … spurium, Pseudoasthma).

Hic spasmus quidem dyspnoeam, sed non asthma …icit. Jam *Galenus* (de locis affect. L. IV. cap. 7.) …jus asthmatis mentionem fecit. C. *Bell* multa nobis-…m exempla communicat.

Asthma ex pinguitudine universali (v. *Hoffbauer* l. c. 77. Nova Acta. N. C. Vol. I. obs. 90), ex *lordosi* et …*phosi* (asthma gibbosum. V. *P. Frank*, Epit. T. VI. … II. p. 177), ex *ascite abdominali*, ex *hydroperitonaeo* et …*eumoperitonaeo*, ex *graviditate*, ex *ossificatione cartilagi-*…*m costarum* (a. mechanicum V. *Vogel*, Progr. observ. …ae de asthmate singulari ex cartilaginum costarum …escentia Götting. 1773), ex *plana thoracis structura* …*offbauer* l. c. p. 75), ex *pleuris adnatis*, non asthma, sed …spnoea oritur, nisi hae conditiones cum aliis morbis …mplicatae sint. —

INDEX.

V I T A.

Natus sum ego *Alexander Reumont* Aquisgrani, patr
Gerardo Reumont, Dr. medic. et chirurg., consiliario re
rum medicinarum, fontium Aquisgranensium inspectore
(qui, ante quindecim annos morte dira mihi ab
reptus, exemplum mihi est medici perfectissimi) ma
tre *Lambertina*, e gente *Kraussen*, quam inter viro
adhuc veneror. Fidem amplector catholicam. Primi
literarum elementis in scholis publicis imbutus, Gymna
sium Aquisgranense, quod sub spectatiss. Dr. *Schön*
auspiciis adhuc floret, per septem annos adii, a quo
cum testimonio maturitatis dimissus anno MDCCCXXXI
almam literarum Universitatem Fridericam Guilelmam
quae Bonnae floret, petii et a Rectore magnifico Ill
Goldfuss in numerum civium academicorum receptus
sum, Decano Ill. *Kilian* in album ordinis medicorum
me inscribente. Per annos quatuor hasce scholas et
philosophicas et medicas frequentavi.

Logicen et psychologiam Ill. *van Calker*; philoso-
phiam naturalem Ill. *Birnbaum*; historiam philosophiae
inde a primis initiis ad Kantii usque aevum Ill. *Brandis*;
theoriam artium liberalium Ill. *de Schlegel*; physicen

erimentalem Ill. *Plücker*; chemiam experimentalem organicam Ill. *Bischof*; botanicen Ill. *Treviranus*; logiam et historiam naturalem mammalium Ill. *Gold-*s; mineralogiam Ill. *Nöggerath*; porro anatomiam eralem et specialem Ill. *Mayer* et *Weber*, quorum tu quoque exercitationes institui in cadaveribus dis-andis; situm viscerum Ill. *Weber*; encyclopaediam methodologiam medicinae, pathologiam et therapiam eralem, doctrinam de aquis soteriis, pathologiam et rapiam morborum et acutorum et chronicorum Ill. *umann* mihi praecepit; de materia medica, de phar-cocatagraphologia, de medicina forensi Ill. *E. Bi-off* disserentem audivi; Celsi medicinam, electricita-vim ad morbos sanandos, materiam diaeteticam et dicam, politiam medicam Ill. *Harless* mihi tradidit; chirurgia, de operationibus chirurgicis, de fasciis applicandis, de anatomia chirurgica, de morbis lorum Ill. *Wutzer*, cujus clinicum ac policlinicum rurgicum et ophthalmiatricum per annum frequentavi, it de selectis e clinico chirurgico capitibus disse-tem audivi; doctrinam artis obstetriciae et instru-ntorum obstetriciorum, de iis uteri morbis, qui ope-ione egent, Ill. *Kilian* me docuit, mihique dux fuit exercitationibus in phantomate instituendis, ejusdem-clinicum obstetricium per annum, clinicum et poli-icum chirurgicum per annum dimidium adii. Do-nam de mulierum morbis Ill. *Birnbaum* mihi expli-t. De physiologia, anthropologia, pathogenia, de rbis psychicis, de therapia et generali et speciali ab *Nasse* doctus sum et per semestre clinicum pro-

paedeuticum ejus frequentavi, medicum practicum per annum, ejusdemque colloquiis clinicis interfui.

Per annum in septima equitum hastatorum cohorte, quae Bonnae castra habet, chirurgi militaris voluntarii munere functus sum duce Cl. Dr. *Kallmann*.

Quibus viris omnibus, summopere de me meritis, pio gratoque animo gratias ago semperque habebo quas possum maximas.

Mense Octobri hujus anni ad almam Universitatem Berolinensem me contuli et a Rectore M. Ill. *Lachmann* in numerum civium academicorum receptus, ab Decano ordinis medici spectatissimi Ill. *Busch* in medicorum album inscriptus sum.

Jam vero tentaminibus, et philosophico et medico nec non examine rigoroso rite superatis, spero fore, ut dissertatione thesibusque publice defensis, summi in medicina et chirurgia honores mihi concedantur. —

THESES.

Somnus hibernus animalium non pendet a frigore, sed a vitae energia diminuta.

Aquae soteriae Aquisgranenses non solum nil proficiunt, sed nocent in Syphilide.

Syphilidem topicam in stadio eruptionis remediis topicis sanare licet.

Erysipelas non est inflammatio.

Mors strangulationis ex Apoplexia sanguinea.

Nullum discrimen inter Apoplexiae serosae et sanguineae symptomata.

Bronchitis chronica saepe a Phthisi tuberculosa in stadio tertio non distinguenda est.

Spasmi causa non in fibris muscularibus, sed in cerebro quaerenda est.